

rumque fieri solet, restringit hanc controueriam ad hereditatis petitionem. Sed quod PAVLVS dicit: & hoc iustum esse in specialibus petitionibus, PROCVLO placet, id ita intelligo, vt etiam in iudicio singulari hoc PROCVLO placuerit. Ita enim specialem petitionem & alibi ab hereditatis petitione sciungit PAVLVS, *d)* & in argumento non absimili, quod in hereditatis petitione SCto constitutum est, producit ad specialem in rem actionem. *e)*

## §. XI.

Tum & hoc addamus, quod nec ipse locus ille de iure bonae fidei possessoris circa fructus ex re aliena perceptos a dissensionibus veterum ICTORUM liber fuerit. IVLIANVS enim, (quem Sabinianum fuisse, ex ipso POMPONIO *a)* addisci potest, & contra DONELLVM *b)* & GOEDDEVM, *c)* a MENAGIO, *d)* MASCOVIO, *e)* HEINNECCIO, *f)* & BACHIO, *g)* obseruatum est) *b)* vbi quae-  
ritur,

*d)* in L. 19. pr. D. de hered. pet.

*e)* Vid. L. 27. § 3. D. de rei vind.

*a)* L. 2. in fine D. de O. I. Ipse quoque IAVOLENVM, qui Sabinianorum familiam duxit, praceptorum suum nominat in L. 5. D. de manumissis vindicta.

*b)* in commentar. Lib. V. c. 25.

*c)* ad L. 26. D. de V. S. ur. 10sqq.

*d)* in amoenitat. iur. ciu. cap. 24.  
p. m. 130.

*e)* de sectis Sabin. & Procul. c. 2.  
§. 7. n. 3. pag. 60.

*f)* in prolus. de Saluio Juliano,  
qua Halae 1733. iuris Professionem  
iterum sibi ibi demandatam au-  
spicatus est. Vid. Eiusd. opuscular.  
Sylloge, in qua haec est exercita-  
tio XXIII. ibique pag. 802. No-  
minauit ibi quidem DONELLVM,  
Julianum Proculeianum suspican-  
tem, sed in nota subiuncta sub lit.  
m. locum nominauit, qui non ad  
DONELLVM, sed ad GOEDDE-  
VM pertinet. Add. eiusd. hist. iur.  
L. I. §. 278.